

habuerunt. Quamquam hæc mortalium  
natura est vt sæpe vanis interdū etiam pe/  
stiferis cogitationibus inuadantur: eas ta-  
men rectrix ratio, quæ fuerit bonis discipuli-  
nis confirmata protinus tanquam ab arce  
deturbat nihil admittens in contubernium  
præter honestatem. Quorum autem ani-  
mus nullis institutis philosophiæ munitus  
est, contingit vt ad omnes casus ancipites  
tandem quod praua cupiditas suaserit am-  
plectantur, non quidem rationi, sed inuidiæ  
dedecori turpitudini ac reliquis flagitiis ob-  
temperantes. Cuiusmodi hominibus si quã-  
do fauor populi mutationis ac rerum noua-  
rum cupidissimi summū honorem mandaf-  
set maximos videbam in republica fluctus  
excitatum iri. Quod vt diuinarem cum ple-  
raque fuerunt in causa, cum vero Terentia-  
us Varro, cuius temeritas Canensi pugna  
nostram urbem tam graui clade afflixit, vt  
si hostis maturauisset exercitum admouere  
ciuitati, euersum fuisset imperium Roma-  
num. Quare quod ad illam primam discor-  
diarum faciem restringendam cum C. Ma-  
rio incredibili concitato superbia, ac inuisita-  
tis flagrante cupiditatibus, ad hoc spe no-  
uandarum rerum mirabiliter inflamato, fu-